



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt CXVI. Binchiense Collegivm In Comitatu Hannoniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

206 DE CANONICORVM

collegia, nimisum Sancti Ioannis Euangelista
Metropolitanum, item Sancti Stephani & Sancte
Mariae Magdalena. Duo priora Collegia, nimi-
sum Sancti Ioannis & Sancti Stephani; etsi di-
uersis locis domicilium habeant: censentur
tamen vnum idemque corpus seu Capitulum
conficere.

Salinæ opidum est Comitatus Burgundiæ
fodinis saliferis clarum, in quo tria sunt col-
legia Canonicorum, scilicet Sancti Anatholy
Sancti Michaelis, & Sancti Mauriti.

Dola est caput Comitatus Burgundiæ, in
qua sedem habet Senatus illius Prouincie, ité-
que Acadamia. In ea vrbe est insignis Basilica
collegiata Beatæ Mariæ.

Champlitum opidum habet collegium
Canonicorum Sancti Chrysostophori.

In opido Graijo arx est munita & in ea
collegium Beatæ Mariæ.

Nozaretum opidum celebre est collegio
Canonicorum Sancti Antonij.

In Poligniaco opido est collegium Cano-
nicorum S. Hippolyti.

C A P V T C X V I .

BINCHIENSE COLLEGIVM IN
Comitatu Hannoniae.

Collegium istud Clericorum siue Cano-
nicorum olim sedem habuit in Lobi-
ensi Abbatia, ex qua, Binchium (quod est Hå-
noniae

noniæ opidum) anno millesimo quadringentesimo nono, translatum est, cum octo sanctorum corporibus: videlicet *Vrs mari*, *Erminii*, *Abelis*, *Vulgisi Amolunij*, & aliorū quæ capsulis argenteis inclusa, hodieque Binchij in collegiata Basilica adseruantur.

Est autem Lobium illustris ac vetus Abbatia monachorum Sancti Benedicti, cuius loci monachus unus perpetuò obtinere solet Canonicatum Binchiensem, & tanquam Canonicus Binchij residere.

CAPUT CXVII.

MATICOVENSE COLLEGIVM VEL
Monasterium in Boaria Noricorum.

Iohnes Kuchler, cum uxore *Catharina* Matichouiae(vbi quondam Regum Boiarie prætorium fuisse vetusta indicant diploma) collegium mystis Augustinianis instituit, circa annum 1413. teste Auentino in Annalibus.

CAPUT CXVIII.

ORIOLANVM COLLEGIVM CATHEDRALE in Hispania.

Oriolum, vulgo *Orisuela*, urbs est Episcopalis in prouincia & regno Valétino. Oriolanam Ecclesiam collegio Canonicoru an. 1413. ornauit *Benedictus XIII.* qui se Pontifice gessit. Eamde dignitate Episcopali an. 1513. deco-